



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

VI. De Lucta Fidei in temptationibus & ærumnis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

te. Sic Iacob petit defensionem aduersus fratrem  
Esdii.

Q V A R T O . Finis præcipuus inuocanti proposi-  
tus esse debet, ut Deus gloria afficiatur & celebre-  
tur. Hunc finem Iacob spectat dicens, Erue me de  
manu fratris, ne interficiantur matres et filii, Tu lo-  
catus es te benefactum mihi, etc. Id est, Defende et  
libera me ex hoc periculo, ne pereat Ecclesia recte  
te inuocans et celebrans, & ne tua gloria deforme-  
tur. Tuæ enim ueritatis interest, promissiones de de-  
fensione mihi traditas constanter seruare. Hanc pre-  
cationem sequitur liberatio ex periculo et defensio  
iuxta promissionem. Prope est Dominus omnibus in-  
uocantibus eum, inuocantibus eum in ueritate.

### V I .

## DE LVCTA FIDEI IN tentationibus & ærumnis.

Lucta Iacob cum filio Dei, pulcherrima imago  
est Fidei omnium Sanctorum luctantis cum ira Dei,  
peccato, propria indignitate, maledictione legis, &  
uincit cogitatione et fiducia promissionis de Chri-  
sto omnes tentationes, quibus oppugnatur. Sicut mu-  
lier Cananæa Matth. 15. Filium Dei oppugnantem  
eam obiectionibus de indignitate & particularitate  
firma fide uincit.

Solet autem quæri qualis fuerit Lucta Iacob  
cum filio Dei. Sed historia docet, Iacob primum ui-  
c s ribus

ribus corporis contra Antagonistam ignotum, i<sup>aq</sup>  
hostili more inuadebatur, usum esse. Principia  
fidei lucta fuit firmiter amplectēs promissionem  
Semine, & de defensione, in Bethel factam, &  
statuens Deum iuxta promissionem in tanto pericolo  
ad futurum & seruaturum esse, Atq; hac fide misericordia  
filium Dei, qui adsumpta specie hostili, familiariter  
cum eo ludens, & fidem ipsius exercens & conser-  
mans, post luctam ostendit uultum paternum et am-  
plissima benedictione Iacobum cumulat.

Lutherus in II I. Tomo enarrat: pag. 171. prohymnium Theologicum ex historia luctae Iacob simili-  
dum esse dicit, cuius haec sententia sit.

Cum pius retinens scintillam fidei in eas angustias peruenit, ut cogitet se a Deo desertum & do-  
iectum esse, tunc certo statuat se esse in completa  
brachiorum & gremio Dei. Sicut Iacob in lucta co-  
gitat se perditum iri, sed cernit se hærere in ampli-  
xu filij Dei. Et eodem loco inquit, Cum sepe pri  
personatum apparere et paternum uultum tegat,  
sed fidem detrahere Deo laruum, & faciem paternam  
detectam agnoscere.

## VII. DE CONSOLATIONE & laeto exitu, qui sequitur & rumnas piorum.

1. Corin.